



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 111. Rex Parisios ingressus, & cum ingenti lætitia exceptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

§. CX.

Sæcul. XVI  
A C. 1594.

*Sanlucius Portæ novæ appropinquans, atque admissus.*

**H**ora quinta matutino tempore Sanlucius cum primo regii exercitus agmine, quod præcedentis diei vespere Sandionysiopolin venerat, prope Tuilliarum hortum extra urbem comparuit, ibique tres ignitos globulos in aera evibrari jussit, hoc enim erat patrum adventus sui signum, ubi Brissacus unacum face accensa illi colloquebatur, mox vero in urbem redux ad Mercatorum Præfectum accessit: postea autem ambo integram aperiunt portam, & Sanlucius copiis suis progredi jussis primus sclopetum dextera tenens Urbem cum suo agmine ingressus est, hinc inde centum delectis militibus juxta portam dispositis, quam Fabato Tribuno custodiendam commisit: ipse vero cum suorum quadringentis usque ad Crucis, ut vocant, quadri- vium penetrabat, cum interim aliud exercitus regii agmen sancti Michaelis pontem occuparet, ac Dous sancti Honorii portam sibi subjiceret.

Thuan. &  
Avil. l. c.

§. CXI.

*Rex Parisios ingressus, & cum ingenti lætitia exceptus.*

Dd 3

Postea

Sæcul XVI.  
A C 1594.

Thuan. 85  
Avil. l. c.  
Mem. l. c.

Postea Matignonius Marefcallus, qui Helvetios ducebat, per totam sancti Honorii plateam copias suas continuato ordine distribuebat; rebus itaque cunctis adeo prospere dispositis Rex comparere haud tergiversabatur, atque armatus incedens, regiisque satellitibus cinctus, comitantibus eum quadringentis Nobilibus urbem ingreditur, ac Briffaco Comite eidem obviam procedente Henricus albam suam fasciam detrahens eandem ejusdem Briffaci collo innexuit, illum tenero prorsus affectu amplexatus, ubi dein Mercatorum Præfecto, atque Ædilibus urbis claves Regi tradentibus per totam urbem nonnulli festivi lætitiæ clamores resonabant; mox vero Rex ingenti populi multitudine stipatus ad Beatæ Virginis Templum processit, ibidemque rei divinæ interfuit,

§. CXII.

*Cardinalis Legatus nequidem Rege conspecto discedens.*

Avil. l. 14.  
Daniel hist.  
de France  
t. 7. p. 224.  
Mem. de  
l'Etoile. t. 2.  
pag. 205.

Postea Rex e Templo egressus Luparam contendit, atque in itinere adhucdum constitutus Perronium non ita pridem Roma reversum ad Cardinalem Legatum decernit, ut eidem Regis nomine significaret, quod vel Parisiis morari, vel Romam repetere, eidem integrum